



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus,  
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Intentio Operis, & dispositio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41783**

**LIBER VNICVS.**

De Sacratissima Com-  
munione expedite  
peragenda.

*Intentio operis, & dispo-  
sitio.*

**N**ON sanè, frustra ami-  
cos hortatus sum, ipso  
præcedentis, de Con-  
fessione opusculi ini-  
cio, ut ad me aliquid referrent,  
de eodem, si quid opus esset, lo-  
cuperando. Nam perfamiliaris  
quidam meus, omni virtutum  
genere æquè, ac singulari eru-  
ditione præditus, me, amicè  
monuit, ut quæ ad Sacratissi-  
mam Synaxim facilè exhiben-  
dam pertinent hic adnecterem;  
ipsi enim methodo Confessio-  
nis, quæ ad Sacramentum Eu-

A chæ.

<sup>2</sup> charistiæ dignè suscipiendum  
maximè dirigitur, non vulgare  
sic adderem complementum.  
Placuit ita mihi ea monitio; ut  
morem statim amico libenter  
gesserim: & jam de Sacratissima  
Communione expedite pera-  
genda, ad Summi Dei majorem  
gloriam, quam ob oculos, pre-  
rebus omnibus, habere submisso  
animo profiteor, brevem traua-  
tionem in manus fidelium do.

*Digeretur autem in aliquot  
capita.*

- 1 De dispositione spirituali ne-  
cessaria ante Communionem.
- 2 De dispositione corporali ap-  
te eandem.
- 3 De iis quæ pertinent ad ea-  
dem peractam.
- 4 De præcepto Communionis  
Paschalis.
- 5 De eodem, instante morte.
- 6 De ministro Communionis.

CAP.